



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nicodemi Frischlini Alemanni Dido**

**Frischlin, Nicodemus**

**Tvbinae, 1581**

**VD16 F 2926**

Actvs Primvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12502**

ACTVS PRIMVS.  
DIDO, ANNA.

**R**EGINA cœli, Iuno, dominatrix  
poli:  
Quod vulnus alo? quo seu  
amore saucior?  
Quo carpor ignis? quo feror ani  
mi impetue?  
Non me quies nocturna, non altus sopor  
Soluere curis. Nam mihi, seu lampade  
Terras Apollinea aureum Solis iubar  
Lustrat: nigrae nox polum caligine  
Inuoluit: humentemue amictum roscidis  
Aurora bigis cœlitus dimouerit:  
Semper animo virtus viri: semperq; honos  
Gentis recursat: semper infixi obviant  
Vultus & ora, nec animo verba excidunt.  
Sed en, adest so. or. tacebon? an eloquar.  
O Anna soror: insomnia vt me territant?  
Quis hic nouus successit hospes sedibus?  
Quem se ferens vultu virum? quam pectore  
Forti, & alacribus armis. Venere natum Dea  
Haud dubito. Degen: rem animum arguit timor.  
Sed o quibus iactatus ille est casibus?  
Quæ bella, quæ clades canebat? si mibi  
Non ita animo fixum hoc, & immotum foret:  
Ne cui velim annecti iugali vinculo:  
Postquam Sichæi morte primus me viri

Amor

Amor sefelliit: simaritalis tori  
Non aut hac tædæq; pertæsum foret:  
Huic so san vni potuerim succumbere  
Culpe. O soror (fatebor hoc enim) post coniugis  
Fatum sichæ, & triste parricidium,  
Sparsosq; coniugis nece patrios lares,  
Hic solus inflexit animum, ac sensum impulit:  
Agnosco vet. ris flammæ aliqua vestigia.  
Sed mihi prius vel terra debiscat infima,  
Vel Iuppiter adigat me ad umbras fulmine,  
Umbras nigras Erebi, profundum in Tartarum:  
Quam te pudor ledam, aut modum violem tuus.  
Qui primus absulit amores meos, habeat sibi,  
Seruetq; tumulo. AN. Quid iuuat te perpetim  
Lacrymæ mortuum? quid animum questibus  
Grauas tuum soror? an sepultos iudicas  
Curare manes, siue nubes, an secus?  
Quid solane deinceps perennem lugubri  
Vultu iuuentam transiges: nec præmia  
Veneris: nec ullos noris ex te liberos?  
Esto, procorum nullus antè flectere  
Egræn potuerit: non Tyro, non Africæ  
Despectus ille Numidæ Iarbas: non duces  
Alij, triumphi quos honorant Punici:  
Etiamne placito amoris huic obstes soror?  
Dl. Sententia est. AN. annon tibi in mentem venit,  
Quorum solo confederis, qui limites:  
Hinc Numidia infræniss, & inhoffita Syrtium  
Vadet: hinc siti deserta regio: hinc affera

Getulia:

Getulia: hinc latè furentes Mazages.

DI. Pudor innocentem proteget: tutissimum  
Aduersus hostium arma propugnaculum.

AN. Sepè pudor armis vincitur: sàpe improbus  
Mortalium furor probam lèdit fidem.

Et ut hostium neminem habeas in his locis:

Non bella cogitas Tyro surgentia:

Fratrisq; Pygmalionis atroces minas;

Evidem Deis reor aufficibus, & propitia

Iunone, eursum habuisse Phrygias hùc rates.

Quàm tu dehinc urbem nouamque surgere

Connubio tali videbis moenia?

Quantis tuum se rebus attollet decus:

Si Punicas urbes Phrygium arma protegant.

DI. Videre quod verum est loqui, modò iupi-  
ter

Et luno, cui iugale curæ est vinculum,

Et Liber, & Ceres, benignè hic annuant.

AN. Nunc ergo, quod factò est opus, veniam Deo

Posce, & sacrum lita, & hospitibus indulges,

Cauſamq; nectas hic morandi longius,

Dum seua hyems pelago fremit, dum nubilus

Minatur Orion, & intractabile

Cœlia n mari imminet: & Phrygium quassæ rates

Pelagi laborem perpeti non sustinent.

DI. Rectè mones, dubiamq; mentem spefoues

Certissima. AN. quin ergo adimus ocyus

Delubra, pacemq; ibi Deorum exquirimus.

VENVS

# VENVS.

¶nara hominum mentes, dubiae  
Rerum: quid vota furentem, quid  
Delubra iuvant: quando mollis  
Est flamma medullas interea:  
Ettacitum sub pectore vulnus  
Vixit? Dido vritur infelix  
Totaq; vagatur vrbe furens:  
Vicerua sagitta coniecta,  
Quam pastor agens telis, inter  
Cresia nemora incutam fixit  
Liquitq; volatile ferrum in ea  
Nescius: illa fuga saltusq;  
Sylvasq; peragrat Dictas:  
Laterilethalis arundo hæret.  
Amor haustus totum hominem penetrat:  
In vultus simul atq; ora redit:  
Nec placidam menti peruigili  
Dat cura quietem. Cum venit  
Furious amor: tranquilla fugit  
Vita. En Regina modo Dido  
Aeneam per media secum  
Deducit mœnia: Sidonias  
Monstrat eidem spectandas opes,  
Vrbemq; paratam hospitio. Nunc  
Libente die repetentem eadem  
Coniuia, & Iliacos iterum  
Audire labores exposcit.

## Anapæsticæ

22  
22  
22  
22  
22  
22

## Interrog.

Interea turres non surgunt:  
Non arma iuuentus exercet:  
Non propugnacula tuta parant:  
Non littore portus effodiunt.  
Opera interrupta omnia pendent,  
In zentesq; mine murorum,  
Acquataq; machina sideribus:  
In vulgus scilicet exempla  
• Manant Regum: utq; ducum litus,  
Sic mores sua castra sequuntur.

## IV NO, VENVS.

**L**Audem refertis egregian, & amplissima  
Spolia, Venus, tuq; & puer fallax tuus.  
VE. Effare, quæ animi cura te remordeat.  
**I**V. Magnum facinus, & non en est memorabile  
Si fœmina vna malo duorum cœlitum  
Vista est dolo. VE. non est dolus, cum fœmina  
Virum, ducem cum duce suam coniungere.  
• **I**V. Animo malo pensatur, haud factio, dolus.  
Nam membil fallit Venus te mœnia  
Nostra noua veritam, habuisse suspectas domos  
Carthaginis. VE. nimium hostibus confidere.  
• **D**ementia est. IV. sed quis modus tandem hicerit.  
Aut quorsum opus tanto mihi certamine?  
VE. Tusi remittas tuum odium, remittam ego  
Animi mei omnem, luno, diffidentiam.  
**I**V. Quin igitur æternam fidem pacificimur.  
Habes quod omni mente petijisti Venus.

Ardit

Ardet mulier, amore seu sauidas:  
Traxitq; virus per medullas ossium?  
VE. Quid ergo censes nunc agendum? ediffere.  
IV. Ambos eodem copulemus vinculo:  
Et paribus auffiejs regamus Punicam  
Teucramq; gentem: liceat Aeneas Phrygi  
Seruire Tyrios, & tuæ submittere  
Dotale regnum hoc dexteræ: liceat Venus.  
VE. Quis talia, nisi forte demens, abnuat?  
Quis lite tecum exoptet, aut armis velit  
Contendere? modò fors sequatur prospera.  
Sed dubia feror, an vnam Iuppiter  
Esse velit hanc urbem his duabus gentibus?  
Populosis misceri probet: num foedera  
Iungi velit: tu cara coniux es Iouis,  
Tibi fas precibus animum viri perquirere.  
Perge, sequar. IV hic mecum dein fuerit labor.  
At nunc quod instat, quodq; præsens est, Venus.  
Quo posset effici modo, paucissimis  
Nocebo. VE. fare, commodiſſima que via.  
IV. Adverte. Venatum misera Dido in nemus  
Ite, & si nul Troianus Aeneas, parant:  
Primos ubi extulerit diei crastini  
Ortus Apollo, clariori ex æthere:  
Totumq; radijs aërem lustrauerit.  
His ego, nemora cum cinxerint indagine,  
Sabitò ingruentem desuper, cum grandine,  
nibrem ciebo: & omne coelum murmure  
Complebo: diffugient manus equestris undiq;

Et nocte

Et nocte opacā contēgentur frondium  
At Dido & Aeneas eandem protinus  
Specum subibunt. Adoratum: & si mihi tuā  
Certa hīc voluntas, stabili eos connubio  
Iungam: & tibi propriam dicabo istam nurum:  
Hymenaeus hic erit. quid? annuis, an secus?  
VE. Annuo equidem, pulcrumq; rideo dolum.

## CHORVS.

HIC dies lethi venit & malorum  
Caussa cunctorum: neq; enim monetur  
Debita fama specieue Dido,  
Impotens mentis, neq; nunc amorem  
Ipsa furtuum meditat, & iam  
Coniugem Aeneam vocat: hac pudica  
Voce prætexit malesana culpam.  
Sed nefas istuc odiosa nescit  
Fama per magnam Libyam tacere.  
» Fama, qua non est aliud malum ullum  
» Vppiam Velocius: aut quod æquè  
» Mobili passu viget, atq; eundo  
» Crescit. Hec primò graditur timore  
» Parua: mox se leuat altè in auras:  
» Et solo incedens caput inter astra  
» Condit, hanc tellus peperit, furore  
» Acta, postremam Encelado sororem  
» Et citis alis pedibusq; monstrum  
» Mobile, horrendum, cui quot nefando  
» Corpore insunt (res mihi mira.) pluma,

Tot palent subter vigiles ocelli:  
Tot sonant ora hic, simul & tot aures  
Subigit: noctu volat, & per umbram  
Occulit se: neque lumina alio  
Turpe declinat male pigra somno:  
Luce sed custos sedet aut supremo  
Culmine, aut altas petit usq; tress;  
Non tenax fictisimul atq; prauis,  
Quam loquax veri: varioq; gaudens  
Ore: quo gentem Libyæ repleuit:  
Iamq; & ad regem celeres Iarbani  
Dirigit cursus, animumq; saevis  
Aperat dictis, & in ora fundit  
Hec virum, venisse Phryga Iliensi  
Corpe pronatum, cui pulcra Dido  
ara dignetur sociare lectis.  
Nunc diem inter se, potiore luxi  
Turpiter capto, Veneri vocere.  
Ecce rex amens animi, hoc amaro  
Vancio accensus, graditur, iouemq;  
Ante verbenas, mediosq; diuos  
Inocat supplex manibus supinis.

### A C T U S II.

## I A R B A S

DRo summe Iupiter, cui Maurusia  
Pictis toris epulata gens libat sacros  
nei honores, haec vides ante pater,  
in fulmen exeris, timemus impotem

B      N e q u i c q u a n t u m